


Nos Marchio Regens Don Hieronymus Erba Intimus actualis S. R. I. N. Consiliarius, Regiusque
Ducalis Senator, et Fluminis Olone Conservator, ac ~ ~ ~ ~ ~
Egr. S. Iudex, et Regius Commissarius eiusdem Fluminis Olone &c. ~ ~ ~ ~ ~
Cum ob frequentes, que in dies ~~ocurrunt~~ circa Flumen Olone contraventiones signanter in arbitraria, quam
nonnulli Legum immemores ~~ibi~~ arroganz, facultate piscandi in eiusdem Fluminis alveo, posthabita, licet
paenali, Edictorum in hac subiecta materia promulgatorum dispositione, potissimum in ea parte, qua se exten-
dit idem Fluminis alveus per Loca, et Territoria Pontis Vedani, Lotie, Venegoni, Castillioni, Vico-seprij, et alia
superiora, et inferiora non obstantia priuativo Iure Nobis reservato in Proclamatibus, qua de causa non modicum
infertur Piscium ubertati damnum ex immoderata licentia uetite Piscationis; Quapropter volentes Nos huic ef-
frenate Licentie obuiam ire, et indictis poenis eandem coercere, Locum ^{tem} prefati Egr. D. Iudicis, et Regij Commis.
his nris patentibus litteris duximus eligere probum Virum Joannem Baptam Syluam Castillionem de Colleg. Mini-
Not. cuius legalitati, ac idoneitati hoc munus conferre decreuimus, attentis etiam Informationibus de eius integritate,
et honestate sumptis; Dantes propterea, et concedentes eidem Joanni Bapte Castillioneo opportunam auctoritatem proceden-
di in omnibus causis dictum Flumen Olone concernentibus, seruata tamen dispositione Statutorum, Nou. Constitut.
Ordinum, et Proclamatum, ita ut in casu cuiuscumque Contraventionis per eum uerificande, statim deferat ad hoc Reg.
d. Fluminis Offitium opportunam Relationem de emergentibus Transgressionibus, super quibus expediri ualeant consueta
precepta, et alia acta pro successina Condemnatione in penis ab Ordinibus, et Cricis respue prescriptis. Mandamus
itaque omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit, ut prefatum Jo. Bapam Syluam Castillionem in Locum ^{tem}
memorati Egr. D. Iudicis, et Regij Commissarij Fluminis Olone recognoscant, eique pareant, et obediant tanquam a
Nobis legitime electo, nec in commisi Muneris exercitio audeant quouibmodo impedire sub penis arbitris nostro
infligendis, et donec aliter per Nos decretum, ac prouisum non fuerit. Harum Testimonio Litterarum Mediolani
datarum die VI. Octobris Anni MDCLIV. ~ ~ ~ ~ ~

Jo. de Long.
Blancus Iudex Commis. 

Homacius Cancell. 